

81.

Serenissime ac Potentissime Rex
Domine Domine Clementissime.

N^o 12.

Sacra Regia Majestatis Vestra emanatum die 25. Fe-
buarj Currentis Anni Rescriptum, S: presentis Mensis in-
sinuatum mihi est, et quoniam tam in eo, quam et Nouella
Comitiorum Regni Constitutione, antiquae Leges conseruantur,
nec in aliquo derogari debeat Juribus Ducalibus, quae
etiam per successiuas semper omnium Serenissimorum Po-
loniae Regum Inuestituras, atq; in Pactis Conuentis et Sac.
Reg: Majestatis Vestrae, iurata fide roborata, et confirma-
ta sunt, ac Sac: Reg: Maj: Vestra, in tabulis futura In-
uestiturae, ea quoq; in toto approbare, roborare, et confir-
mare clementissime dignabitur; jam autem eadem Ju-
ra Ducalia, per Nouellam Constitutionem, atq; emanatam
in Curlandiam Commissionem, non tantum notabiliter
lesa, Verum etiam quasi euersa existunt; Sac: Regiam
Majestatem Vestram, gratiosissime mihi permissuram
haud dubito, quatenus eidem, humillima Submissio-
ne, succinctas quidem sed genuinas, et fundamentales
rationes, aduersus praefatam Nouellam Constitutionem
et Curlandicam Commissionem, omnesq; inde proma-
nandos effectus, huic exponere possim. Extraneorum

quidem prætensionum inuestigationem, per Sac. Reg. Maj. P.
 stre Commissarios, simul cum Ducalibus peragendam, Vas
 Regni Constitutiones clare disponunt. Commissio autem in Cur
 diam emanata ratione nonnullarum querelarum, Causarum
 cum Consiliaris Officialibusq. Ducalibus et Fircksiana,
 diametro Pactis primæva subiectionis, iuribus Ducalibus, et
 Constitutionibus, Formula Regiminis, Statutisq. Curlandicis
 et veritate obseruantie, circa Regias Commissiones contrariata
 ut itaq. Cognitioni eiusdem, me committere non valeam, Scilicet
 mina quippe tam Prouincialia publica, quam nonnullorum priu
 rum, Causaq. cum Consiliaris et Officialibus, in Pactis Ducalibus
 in Pussia Feudatariorum, ad iustar quorum Duces Curlandicis
 fruuntur Iuribus, subiectionis Curlandicæ, eiusdemq. Formulæ
 Regiminis per Conuentum Prouincialem, qui à me dummodò
 de tractandis in eo negotijs constat, nunquam est denegata
 prescripta forma, et gradibus abolenda, priuata verò grauamur
 ceteraq. Causæ constituta sua habent ordinaria iudicia et
 compositionis modum, Causa interuentionis Inosi olim Capiti
 coram Commissarijs eo minus ventilari ac decidi potest, siquidem
 memoriali meo, die 11 Mayi a. 1716. hic Sac. Reg. Maj. P. humil
 me porrecto, fusiùs adductum, ad Supplicationem Viduæ Fircksianæ
 Iudicium Criminale à me est constitutum, coram quo, Clemens
 Regiâ per Illustrem Feld Marschaleum Domitem de Fleming, de
 vi ex durissimo Arresto corporales et Captari, sese sistere, atq. eu
 dem decisionem expectare, corporali ac realiter Inhorum præ
 to Iuramento, sese obtrinxerunt, quod omnino est seruandum, ne
 citra maximam perjury notam, ab eo recedendum, Causaq. ista
 per Iudicium Criminale Curlandicum, iteratò demandatur
 quantociùs erit terminanda. Supplico proinde humillimè
 Reg. Maiestati Vestre, Velit quam clementissimè dignari in
 Conseruationem fidelis semper Principis Iurium, perpetuè

ac inuiolabili firmitate gaudentium. Diplomate suo Regio, ad instar Pun-
cti Pacis Dissidentium in Religione Christiana, ne communis Nobilitatis aequa-
litas laesa esse arbitretur, eandem ^{Novellam} Constitutionem, praesertim quoad Com-
missionem Burlandicam, ne Jura Ducalia et prerogativa praeminentiaj Du-
cales laesa existant, taliter interea cum omnibus inde emanandis Execu-
tionibus et effectibus, sufficienter incassam et nullam declarare, atq; grauami-
nantes et querulantes, ad praescripta Jura, modisq; clare pro abolitione expre-
ssos Regia remittere auctoritate, usq; dum eadem in proximis Decedente futu-
ris Regni Comitibus, ad exemplum aliarum in Causis iustissimis pro Il-
lusterrimis meis Antecessoribus sancitarum ac iterum cassatarum Consti-
tutionum totaliter abrogata cassata et annihilata fuerit, atq; om-
nia Pacta, Privilegia Ducalia et Jura, atq; Uniuersa prerogativa
Ducalia, plenarie ad Veterem Orbitam iustissime restituentur. Quibus
meis iustitia et aequitate firmatis desiderio Sacrae Regiae
Majestatis Vestrae, ex zelo amoreq; iustitiae et magnanimitatis
Orbi depraedicato, clementissimam ac gratiosissimam annuitio-
nem, certo certius mihi polliceor, Sacrae Regiae Majestati Vestrae
cum felicissimo rerum Successu, omnigenam prosperitatem flo-
rentissimam cordiciter apprecor, gratia addictissimo Cultu
me totum deuoueo, ac omni fidelitatis constantissime
refsera, humillimaq; et submissima Veneratione debita
incessanter existo.

Sacrae Regiae Mitis Vestrae

Fidei Servus
Ferdinandus Rex
Cataloniae

Ferdinandus Rex Curlan-
diae ad Regem Poloniae.